



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

9. Obligatio Iuramenti quomodo sit in dubio interpretanda?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

aliter in legibus humanis aut votis praesertim usuuenit, quae cum concernant honorem Dei, potest in re parua leuiter laedi, in iuramento autem principaliter attenditur veritas, quae si desit, gravissima iniuria Deo irrogatur, cum iurans censeatur Deum falsi testimoniū inuocare. [C] Tann. cit. nn. 25. ubi à mortali excusat consueta fœminis aliisque plebeis iuramenta.

IX. Collige iuramenti obligationem iuxta mentem & intentionem iurantis esse interpretandam, quae soles in dubio pro iusta ac legibus conformata reputari: Sic iuramentum de celando secreto factum, est tenendum, nisi in alterius detrimentum cedat: aut de observatione statutorum iuramentum extenditur ad licita & usu recepta, non ab eo

abrogata , vel postmodum condenda , nisi expressim in eadem iurarit: Item qui iuramento confirmavit se non petiturum dispensationem , aut eā etiam obtenta non usurum , poterit , si res exigat , à Superiore petere & usurpare datam &c. A. Zor. cit. 8 q. 17.

X. Quæres 2. utrum mendacium , & periurium committat qui profert verba in aliud sensum aut amphibologicè , quām iudex concipiāt. Resp. 1. si verba ex sua impositione duplē sensum habent , non committi mendacium , vel periurium in alio sensu quām iudex aut audientes percipiant , usurpare. Resp. 2. eum , qui sua sponte iurare paratus , vel legitimè ad iurandum compellitur , motuferè peccare , si ad alienum sensum verba detorqueat , aut iuret , quod maximè valet in iudiciis & contrariis , nè violetur obedientia

Su-